

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago

Melanchthon, Philipp

Basileae, 1565

VD16 -M3220

Inclyto & serenissimo regi Angliae, Philippus Melanchthon S. D.

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

tem quam diutissime, ut gloriam ornet Domini nostri Iesu Christi. Die ultima Maij, anno 1539.

Inclyto & serenissimo regi Angliæ,
Philippus Melanchthon

S. D.

III, 3.

Inclyte & serenissime Rex. Ingens decus est R. M. T. quod his difficilimis temporibus, unus inter reges & intelligis & foues studia literarum, & uere Philosophiæ: quæ cum sint ornamentum uitæ humanæ præcipuum, maximè tuendum est sapientibus & magnis gubernatoribus Reipublicæ. Itaq; hæc diligentia magnam peperit laudem multis summis regibus, Alexandro, Ptolemæo Philadelpho, Augusto, M. Antonio: quibus principibus uirtute & sapientia præstantibus, annumerari etiam R. M. T. admodum gloriosum est. Porro inter Philosophiæ partes plenæ eruditionis est illa, quæ luminum & speculorum uarietatem inquirit, quæ uocatur Optica. Quæ enim res in-natura admirabilior est, quàm lumen? & mens humana quid est nisi speculum, in quo lucet imago diuinitatis? Amanda igitur est doctrina speculorum. in qua cum excellat Michael ciuis Lipsicus in Misnia, constituit adire R. M. T. quod te amare ingeniorum momentum intelligit. Cùm autem de sua fide & probitate testimonium à me flagitaret, ut aditus ei præberetur

l 3 beretur

beretur ad R. M. T. dedi ei hanc epistolam: ac affirmo, uirum probum & honestum: & nō solum propter artem in qua excellit, sed etiam propter optimos mores, dignum beneuolentia bonorum. Me de ratione luminum in Philosophia multa docuit. Ostendet autem R. M. T. mirifica quaedam opera, digna consideratione ingeniorum. Quod si hoc specimen R. M. T. probabitur, ut non dubito, pollicetur se maiora opera huius generis effecturum esse. Oro igitur R. M. T. per dignitatem Philosophiae, et tuum erga ipsam amorem, ut non grauatim admittas hunc Michaelem ad ostendenda sua opera, cum sit & artifex, & uir bonus & honestus. Bene & feliciter ualeat R. M. T. Data Lipsiæ, die 20 Februarij, anno 1549.

7. H. A. L. V. 64.

Langæus episcopus Parisiensis, Philippo Melanchthoni S. D.

Barnabas Voræus, qui nunc ad te cum literis et mandatis regijs reuertitur, hic est de rebus omnibus, quæ ad susceptam à te pacificationem attinēt, amplissimè edoctus: mihi ut superuacaneum uideatur, aliquid scribere. Itaque te adhortor, atque per Christum obtestor, occasionem rei gerendæ inter mortales: omnium pulcherrimè ne differas.

abs

ex Core bellorum oppido
die 16 Julij anno M. D. XXXV.
Coccejo.

Vale, ex oppido N. die 16. Iunij,

1535.

Regina